PAUL B. HOEBER
MEDICAL BOOKS
67-69 E. 59 th St., N.Y.

Interdicuntur iſta ſomnia Danielis ab Eccleſia – Decret. Gratiani – cauſa – 26 – q. 7 – c. – nō obſeruetis



# Iterpretationes ſeu ſomnia Danielis prophete reuelata ab angelo miſſus a deo ⁊ primo de diebus Lune. etcetera.

Rima die videlicet lune creatus eſt Adā ſi qs illa infirmabit die longo tp̄e iacebit in infirmitate tn̄ liberabit Sompnia que videris in gaudiū reuertent. Infans ſi ea die natus fuerit vitalis erit. ¶ Secunda die videlicꝫ lune facta eſt eua ⁊ ſimili mō ut ſupra ſi qs infirmabit. bonū eſt naues aſcēder̄. iter facere hoſpiciū petere. ꝓpagines facere. petitiones facer̄. ortos ꝯſtruere. terrā ꝓcidere. ſemīare. furtū factū cito īueniet. Si qs infirmabit cito ꝯualeſcit. ſompnia nullū effectū habet. infans ſi natꝰ fuerit cito ⁊ fortiter creſcit. ¶ Tercia die natꝰ fuit caym illa die de oībꝰ agendis nihil ꝯſtruere debes niſi ſolū id qđ vis ut nō renaſcat. ſed potiꝰ extirpar̄ debes ea q̄ nō uis ut ampliꝰ naſcāt Infirmꝰ ad extremum debilitat tn̄ deliberabit Sōpniū nullū hꝫ effectū infans ſi natꝰ fuerit cito moriet. ¶ Quarta die natꝰ eſt abel. oēe opꝰ īcipere bonū eſt. molendinū edificare aquas educere Qui fugā acceperit cito inueniet in lecto qs ceciderit uix euadet Sōpniū hꝫ effectū ſi bonū eſt ſi malum nō nocebit infās natꝰ traditor erit. ¶ Quita natꝰ eſt caym malū eſt fuger̄ qa mortuꝰ aut ligatꝰ ꝓnūciat furtū nō īueniet qui īfirmabit cito moriet ſompnia ſuſpenſa erūt. infans natus iuuenis moriet. ¶ Sexta Ebron natꝰ eſt infantes ad ſcolas mittere ad uenandū ire bonū eſt furtū inueniet infirmi cito ſanent Sōpnia nō dicas infans natus vitalis erit ¶ vii Abel occiſus eſt ſaguinez minuere bonū eſt ⁊ pecudes dōare. qui fugit cito inueniet furtū inueniet conualeſcit infirmus ſompnia certa erūt porcos emer̄ ⁊ nutrimētū

ARMY MEDICAL LIBRARY
310958
WASHINGTON, D.C., U.S.A.

facere bonū eſt. Infans illa die natus vitalis erit.
¶ viii. Matuſalem natus eſt bonū eſt ambulare infirm⁹ longo tempore langueſcit. ſompnia uera erūt. infans ſi natus fuerit bonus erit. ¶ ix. Nabuchodonoſor natus eſt. hec dies nec bōa nec mala eſt ſompnū cito manifeſtū erit eger diu egrotat ſi non infra octo dies morietꝰ infans natus vitalis erit. ¶ x. Noe natus eſt omnia bona ſunt facere ſompnia vana erunt qui incidit in tribulatōes non curet quia nō durabunt infirmus in. x. dieb⁹ morietꝰ infans ſi naſcitꝰ multas regiones circuit. ¶ xi. Samuel natus eſt ſemen ſeminare domū mutare bonū eſt ſompniuꝫ in paucis diebus apertū erit infirmus longū tempus iacebit tamen liberabitꝰ infans qui natus fuit in omni artificio erit aſtutus ⁊ etiam vitalis. ¶ xii. natus eſt Canaā nihil agenduꝫ eſt eger in. xii. diebus morietꝰ ſompnia certa erunt infans ſi natus fuerit religioſus erit. ¶ xiii. malū eſt incipere ſeu facere aliquid eger longo tempore infirmabitꝰ ſompnia in ix. diebus explentꝰ infans ſi naſcitꝰ vitalis erit. ¶ xiiii. dominus benedixit Noe propter opera ſua bonū eſt facere omnia eger cito liberabitꝰ ſompniuꝫ ſuſpenſum erit infans natus perfectus erit. ¶ xv. eſt indifferenter nec bona nec mala eger non moriatꝰ de illa infirmitate ſompnia poſt. x. dies certa erunt infans natus luxurioſus erit. ¶ xvi. Iacob natus eſt equos ⁊ boues emere ⁊ domare bonum eſt. eger niſi mutetꝰ in aliā domū morietꝰ ſompniū per aliquod tempus habebit effectū infans ſi naſcitꝰ vitalis erit.
¶ xvii. periit Sodoma ⁊ Gomorra malū eſt omne negocium facere egro medicine non proſunt ⁊ diu iacebit in infirmitate ſompniū in. iii. diebus uel in. xxx. uerum erit. Infans ſi naſcitur felix erit. ¶ xviii. Yſaac natus eſt bonum

eſt negociari eger morieť ſompniū certū erit infans ſi naſ
ciť in omnibus acquiſitor erit. ¶ ixx. natus eſt Pharao n
Hebreos effugiens nihil facies eger cito ſurget ſompniū
iii. die uerum erit infans ſi naſciť latro erit. ¶ xx. natus ē
Ionas propheta bonum eſt facere omnia infirmus diu ia
cebit ſompnium apertum erit infans ſi naſcitur latro erit.
¶ xxi. natus eſt Saul veſtimenta gratularis nutrimenta
emere bonum eſt furtum inuenietur eger morietur ſomp-
nium vanum eſt infans ſi naſcitur laborioſus erit.
¶ xxii. natus eſt Iacob negociare valde graue eſt eger
moritur ſompnium certum erit infans ſi naſciť bonus erit.
¶ xxiii. natus eſt Beniamin omne id qđ facis honorꝭ eſt
eger diu iacꝫ ſompniū nō erit verꝫ infās ſi naſciť pulć erit.
¶ xxiiii. natus eſt Iaphet indifferenter nec bona nec ma
la Eger multum iacebit tamen ſurget ſompnia vana ſunt.
infans ſi naſcitur bonus erit.
¶ xxv. intrauit mortalitas in egiptum eger moriť ſomp-
niū vi. die fit. infans ſi naſciť multa pericula patiť.
¶ xxvi. Moyſes mare diuiſit ⁊ mortui fuerunt. Saul et
Ionathas nihil facies eger moritur ſompnia certa erunt
ſuper ea peregrinatio contingit infans ſi naſcitur nec di-
ues nec pauper erit.
¶ xxvii. pluit māna in egipto ad filios yſrahel omnia bo
na ſunt facere eger ſonabitur ſompnia ſuſpenſa erunt In-
fans ſi naſcitur amabilis erit.
¶ xxviii. nati ſunt Latariores etiam oīa bona ſunt eger
confortabiť ſompniū non nocet infans negligens erit.
¶ xxviiii. interfecit Herodes infantes nihil facies ſomp
nia certiſſima erunt eger ſanabitur infans ſi natus fuerit
erit placabilis apud homines.

Luna .xxx. natus fuit Samuel ꝓpheta omnia bona ſūt facere Eger uſq͡ʒ ad mortem debilitatur tñ ſurget ſompnium in .v. diebus ↄuertit in gaudiū infans ſi naſcit aſtutꝰ erit.

¶ Finiunt dies lune ſequuntur ſompnia.

Arbores uidere uel aſcendere .s. honorem.
Arbores cum fructibus uidere .s. lucrum
Arbores aridas uidere ſignificat deceptiōꝫ.
Arbores magnas uidere ſignificat expeditionem
Arbores abſcindere .s. dampnum
Arborē ſe eſſe .s. infirmitatē. Argētū cōmedere .s. lucrum
Armatos uidere bonum ſignum eſt
Armatos contra ſe uenire .s. moleſtiam
Arare ſe uidere .s. labores.
Arcum portare .s. deſiderium uel tormentum.
Arcum trahere .s. honorem uel fortitudinem.
Aſinū uidere .s. malitiā. Aſinum uidere ſedere .s. labores
Aſinum audire clamare .s. dampnum
Aquam calidam bibere .s. infirmitatem.
Aquam putridam bibere .s. idem ut ſupra
Aquā claram bibere bonū ſignm eſt. Aquilam ſuper ſe uidere uolare .s. bonorem Aquilas plures uolare .s. cooperitioneꝫ de multis aduerſitatibus. Aues capere .s. lucrū
Aues audire loqui bonum ſignum eſt
Aues inter ſe pugnare .s. aduerſitates
Aues ſuper ſe uidere uolare .s. nocumentum
Aues plures uidere .s. dampnum
Aues mortuas uidere ſignificat tribulationes
Aurum tractare ſeu commedere .s. iracundiam
Aurum ⁊ arg tum tractare .ſ. expeditōneꝫ de factis tuis
Apes capere ſignificat lucrum.

Apes cum fructibus uidere ſig·peregrinationē · Aues in
trare in domū ſig·damnum·Aues ſuffocare ſigni·lucrum
Annulum tollere ſignificat ſecuritatem · Annulū dare ſi
gnificat damnum · Agnellum uel capriolum uidere ſigni
ficat conſolationem ·Agnellos paſcere uel domare ſigni
ficat penam uel tormentum· Adulterium committere ſig
nificat lites uel ſcandalum·Altare uidere ſigni·honores·
Altare diſcooperire ſignificat hilaritatem· Ad ſacrificiū
ire ſignificat idem ut ſupra·Adorare deum ſignificat idē
Aerem clarum uidere ſignificat lucrum· Aerem turbidū
uidere ſignificat expeditionem negotii
Accetum potare ſignificat infirmitatem
Ardentem ignem uidere ſign·diluuiū aut mutationē loci
Aſcendere in celum ſignificat honorem·
Aculum habere in manu ſigni·infirmitatem
Agno id eſt preceptum facere ſigni·tedium
Annare ſeu ꝑceptū uidere facere·s·iracūdiā
Bannū ſeu ꝑceptum audire ⁊ nō uidere ſig infirmitatem
Barbam raſam habere ſignif·tribulationes
Barbam longam habere ſignif·fortitudinem uel lucrum
Barbatum ſe uidere ſignificat moleſtiam·
Boues paſcendo bonum ſignum eſt
Boues pingues uidere ſig·bonum tempus·
Boues macros uidere ſignif·cariſtiam rerum·
Boues uidere arare ſig·lucrum
Boues dormire ſig·malum tempus
Boues ire ad aquam malum eſt ſignum
Boues albos collocare ſignif·honores·
Boues nigros uidere ſig·periculum
Boues ſine carnibus uidere ſig·expeditionē inimicorum

Barbam uidere extrahere ſig·peſſimuꝫ· Barbam uidere tonſam ſig·peccatum·Sed uidere eam lauare ſig·anxie-tatem Barbam ſiccam uidere ſig·hilaritatem· Barbam paruã habere ſig·litigationes·Baptiſare uidere ſig·mag nam infirmitatem·Brachia infirma habere ſig·tormentũ Brachia pulchra habere ſig·anxietatem· Brachia ſicca habere peſſimum ſig·eſt·Benedicere ſe uidere ſig·hilari-tatem·Beneficium facere ſig·hilaritatem·Beſtias uiderẽ loqui ſig·moleſtiam·Beſtias uidere inuiceꝫ facere rumo res ſig·defenſionem de inimicis· Beſtias capere aut uidere inclinare ipſas ſignificat tribulationes·
Bordonem ideſt trabem uidere ſig·deceptionem·

Coronam tollere·s·hilaritatem· Coronam de auro habere·s·dignitatem· Coronam de auro habere in capite·s·litigationes· Coronam de diuerſis coloribus·s·qualitatem temporis· Caput album ſig·hilaritatem·Caput cũ crinibus longis·s·honorem Caput tonſum·s·dampnũ· Caput lauare ſig·liber eſſe de periculo·Caput alterius uidere lauatũ eſſe malum eſt·
Caput valde album uidere·s·lucrum·Capita duo habere ſig·ſocietatẽ·Crines de capite tollere·s·perdere amicos·
Celum fumoſum ſeu rubeum·s·creſcentiam iniquitatum·
Celum floritum·s·vanitatem·Cecum uidere·s·ſolutiõem
Currere uelle ⁊ non poſſe·s·infirmitatem· Currere ueloci ter mente·s·hilaritatem·Candelas facere·s·hilaritatem·
Calciamenta noua habere·s·conſolationem· Calciamen ta antiqua·s·triſticiam·Calciamenta perdere·s·dampnũ Cantatrices uidere·s·planctum·Cadere uidere·s· deho-norari ſeu ſcandeliſari·Cadere in aquam ⁊ non poſſe leua re·s·mortem uel periculũ·Candelabrum accenſum uidere

Commedere uidere ſignificat conſolationem·
Coruos uidere ſignificat rixas habere·
Claues perdere ſignificat iracundiam·
Caſtellum uidere ſignificat ſecuritatem·
Colunnam de domo cadere·s·mortem de magnis hoīb⁹
Carbones uidere ſignificat uituperare inimicos·
Carbones mortuos uidere ſignificat expeditionem·
Carnem humanam commeedre ſignificat labores·
Carnes aſſatas commedere·s·peccatum·
Carnes crudas uel ſiccas commedere·s·triſtitiam·
Cartam legere·s· uariationem fidei uel bonum menſem·
Cartam uidere ſcribere·s· accuſationem ſed radere·s· ſe in ordine mittere·Cibaria commedere·s·dampnum·
Crucem uidere portare·s·triſticiam·
Criſma ſpergere ſuper ſe·s·gratiam ſpiritus ſancti·
Campanam audire ſonare·s·diffamiam·
Corpus uidere ualde bonum ſignum eſt·
Corpus chriſti uidere·s·magnam gregem·
Cum ferro ſe uidere uulneratum·s·dampnum·
Cum dyabulo uidere cōbattere ſeu percutere·s·lucrum
Cum cane iocare bonum ſignum eſt·
Cum Beſtiis de quattuor pedibus ire·s·infirmitatem·
Cum meretrice cadere ſignificat ſecuritatem·
Cum ſua muliere facere matrimonium·s·periculum·
Cum magnis dominis loqui uel intrare in aliquem locuz s·hilaritatem·Cum philoſophis loqui·s·lucrum·
Cum inimico loqui·s·cauere ſe de ipſo·
Cū pedib⁹ īfirmis ābular̄·s·īiurias Cū ſerpētib⁹ pugnar̄· s·uincē īimicos·Cū falcōe ire ſeu ſup mān portar̄· s·hōrē s·hilaritatem·Capras uel hyrcos uidere·s· habundantiā

Carrum ſeu rotam videre ſignificat infirmitatem
Canes audire latrare vł ab ipis moleſtatum eſſe ſ.ſupare
inimicos. ¶ Caſeũ ꝯmedere.ſ.lucrũ.Sȝ ſalatũ ſig.malũ
Cor ſentire cadere cũ dolore ſig.piculum vel infirmitatẽ.
Caput vider̃ abſcindere ſig.infirmitatẽ. ¶ Corp⁹ piloſũ
uider̃ s.expeditiõȝ ĩ negotiis. ¶ Coruũ audire s.planctũ
Coruũ ſup ſe videre uolare ſig. piculũ. ¶ Coruũ videre
tollere de domo ſig.mortẽ vel pditiõeȝ. Crucificare vide
re ſig.tribulatiões. ¶ Cimbalũ audire ſonare ſig.ꝯtrari
etatem. ¶ Caſtratos videre ſignificat dampnum
Candelas non accenſas uidere.s.premiũ. Calicẽ tollere
ſig.triſtitiam uel infirmitatẽ. Cultellum tollere.s.deſtruc
tionẽ inimicoꝝ.Cultellum donare.s.inimicitiam
Cibum quem comediſti proicere.s.damnũ. Carbones ar
dentes in furno uidere.s.bene. Colũbã uidere.s.triſtitiã
Cum ſororibus ſuis maritare.s.periculum.
Cimam de capite perdere ſignificat mortem inimici.
Cum filio ſuo loqui ſignificat dampnum.
Cadere eccleſiam ſignficat periculum epiſcopi
Cadere tectum eccleſie prochialis ſig.mortem plebani
Deum adorare vel ſacrificare ſig. hilaritatem
Deũ videre ſeu loqui cũ ſanctis ſig.periculum.
De ponte cadere ſignificat impedimentum
Dentes ſaguinolentos ſignificat mortem.
Dentes extrahere cum dolore ſig.mortem alicuius.
Ducere mulierem ſig.dampnum.
Digitos videre abſcindere ſig.dampnum.
Domum videre ardere ſig.ſcandalum
Domum purgare ſig. penam vel tormentum.
Dracones videre ſig.lucrum.

Dulces res guſtare ſig·deceptionem
Diſcũ paratũ l' menſã ſig·bonũ mẽſez·Denarios tractar̃ ſig·iracundiã·De ſerpentibus eſſe moleſtatũ ſig·ſupera- re inimicos·Dare oſculũ alicuiſig·dampnũ·
De impatore habere audientiã ſig·lucrum·,
De rege habere vel accipere aliquid ſignificat hilaritatẽ
De magnis dominis habere vel accipe ſig·idem
De aduerſario ſuo habere moleſtiam ſig· expeditionem·
De pannis de ſerico eſſe veſtitus ſig·honorem
Domare beſtias ſaluaticas ſig·dampnum·
Dentem vltimũ vel penultimũ maxille pdere ſi ·mortem primi ventris·Dentes plures perdere ſi g·mortemamici·
Deſcendere per ſcalam ſig·hilaritatem·
De curro deſcẽdere ſig·pdere honores·De carro deſcen dere ſig·idem ut ſupra·Dare aliquid alicui mortuo ſig· dampnũ Dominã ſeu mulierez vider̃ parere ſ·ſecuritatez·
Quos nigros videre ſedere ſig·moleſtiam
Equos albos uidere ſig·hilaritatem·
Equos uidere ire ſignificat bonum tempus
Equos rubeos vudere ſig·bonũ tẽp⁹·Equos mortuos vi dere ſig·pſperitatẽ·Equum diuerſi coloris videre ſig·ex pediciõez·Equitare uider̃·s·bonũ mẽſem·Equum caſtra tum videre ſig·acuſationẽ·Equos videre aſcẽdere in altũ ſig·bonũ menſez Eſſe oſculatus a magnis hoĩb⁹·s·lucrũ
Edificare domum·s·ↄſolatiõz·Ebri⁹ eſſe·s·infirmitatem
Edificare eccleſiam vel altare ·s·nouum ſacerdotem·
Eſta magna videre ·s· hilaritatem· Fabellare ſeu loqui cũ xp̃o·s·ↄſolatiõz·Fabellar̃ cũ v̾gine maria·s·hilaritatẽ·Faciẽ vi·pulchrã s·honorẽ
Sz nigrã·s· lõgã virã·Faciẽ vi·i ſpeculo s·filios habere·

Faciem in aqua uidere.s.lucrum ſeu longam uitam.
Faces uini uidere aut ferrum tractare.s.longam uitam.
Fabas commedere.s.infirmitatem.Fontanas claras ui-
dere.s.habundantiam.Sed turbidas uidere.s.effuſionez
ſanguinis.Fontanam naſcere in domo.s.hilaritatem
Formicas uidere.s.litem.ſed Fetorem ſentire.s.dolorez.
Foſſas uidere aut intus cadere.s.iniuriam.Fantaſma ui
dere.s.anguſtiã.ſed filios uidere naſcere.s.dampnum
Frumentum tractare.s.infirmitatem.Furnũ ardentem ui
dere.s.mutatõem loci.Fratres uel ſorores uidere mortu
os.s.longã uitam.Feminã nudã uidere.s.mortẽ alicuius
Feminam tollere.s.mutatõem loci.Feminas plures uide
re.s.mutatõem.ſed feminam ſe uidere eſſe.s.infirmitatez
Flumen turbatũ preire.s.anxietatem.Flumen intrare do
mũ.s.habũdantiã.Flumen exire domũ.s.periculũ ꝺ uita
Flumen clarũ.s.ſecuritatem.Focum uidere.s.dampnum
Flores colligere.s.hilaritatem.Farinã cernere dampnuz
Allũ audire cantare.s.bonũ tempus.Gallinaz
facere ouum.s.lucrum.Gallinam ſe uidere eſſe
ſig.anxietatẽ.Gallinã cũ pullis uideṙ.s.dãpnũ
Granũ uidere ſeu frumentũ.s.rixas uel aduerſitates.
Gemas uidere.s.triſtitiam.Grados uidere.s.labores.
Grauatum ſe uidere ſig.anxietatem.Gladiatores ſeu in
terfectores uidere contra ſe uenire.s.deceptionem.
Gunellam ideſt tunicam albam ueſtire.s.hilaritatem
Gabello ideſt camelum uidere.s.aduerſitates.
Gieſia ideſt in eccleſia iacere.s.mutatõem ueſtimenti.
Ominez tranſmutatũ in beſtiã.s.offendere deũ
Hominem occidere.s.ſecurum eſſe.
Hominem ueſtitum de albo bonum ſig.eſt.

Haſtã portare.s.ſecuritatē.Haſtā deſtruere.s.labores
Humanam carnem commedere.s.hilaritatem.

Imperatorem uidere.s.inuidiam. In curia ſe uidere.s.inuidiam.Iocare cū pueris.s.beatitudinem.Iacere cum ſua matre.s.ſecuritatem.

Iacere cum muliere ſig.anxietatem.In fontana clara lauare.s.hilaritatem. In fontana putrida ſe lauare.s.accuſationem.In fontana turbida cadere.s.ut ſupra.
In fontana clara cadere ſignificat honorem.
In eccleſia ſe uidere ſig.hilaritatem.
In loco conſecrato ire bonum ſignum eſt.
Ire cito uel currere ſignificat lucrum.
Ire venandum ſignificat accuſationem.
Ignem de celo cadere ſignificat magna facienda.
Ignem uidere ſignificat dampnum uel periculum.
In inferno ſe uidere ſignificat.triſtitiam.
In arborem ſe uidere eſſe factum ſig.bonum menſem
Inimicos ſeu ſtrages uidere ſigni.tribulationes.
Incendium ſentire ſigni.periculum.
In orto ire ſeu ambulare ſig.hilaritatem.
In flumine ſe ſe uidere lauatum eſſe ſig.hilaritatem.
In mari uidere ſe leuare hilaritatem
Infirmum ſe uidere ſignificat triſtitiam.
In monte uidere ſe ſignificat periculum.
In tabulis uidere ſe depinctum.s.longam uitam
In lecto iacere ſignificat periculum mortis
In balneo ſe uidere ſignificat anxietatem.
In ſilua ſe uidere ambulare ſig.labores.
In igne uidere ſe ardere coloram ſignificat
In terra uidere ſe eſſe ſubterratū ſig.murmurationem

Jn nauem paruam aſcendere ſig·infirmitatem·

¶ Sequi deberet·k·nihil tamen habet ideo ſequitur· L·

Unam albam uidere ſig·hilaritatem· Lunā de celo cadere ſig·infirmitatē·Lunam decreſcere ſig·decreſcentiā principū·Lunā ſanguineam uidere ſig·peregrinationē·Lunā obſcurā uidere·s· triſtitiā Lunam nouā uidere ſig·expeditionē de negotiis·Lunas duas uidere ſig·creſcere honores·Lupum uidere ſigni·ſecuritatē ab inimicis·Lardum ſcindere ſig·mortē alicuius Lardū cōmedere ſig·excellere ſocium in ſenſibus· Luminaria uidere ſig·lucrum·Lectum uidere bene ornatū ſig· hilaritatē·Lectum uidere pulchrum ſig·mulierē fidelem Lac ſe uidere bibere bonū ſignū eſt·Leporē uidere ſig· timorē·Leonē currere·s·expeditionē de negotiis·Leonez dormire·s·cooperitionem ſuorum inimicorum·

Litteras imparare id eſt uidere ſe ſtudere·s·hilaritatem·

Atrem uidere uiuam·s·hilaritatem·

Matrem uidere mortuam·s·male

Montonos ſeu capras uidere·s· habundantiā

Manus lauare·s·moleſtiā·Manus maculatas uidere·s damnū uel periculū·Manus reſpicere·s·magnā infirmitatem·Maculas uidere·s·multos labores·

Mare clarum uidere·s·expeditionem negotii

Mare quietum uidere·s·hilaritatem·

Mare tempeſtatum· s·iracundiam·

Mutum ſe eſſe factum·s·hilaritatem et cito uidebis·

Mori ſe uidere·s·eſſe exbanditum·

Mortuum uidere de parentibus ſeu amicis·s·hilaritatē·

Mantello ſiue palio ſe ueſtire·s·ſecuritatem·

Mortuum oſculari·s·longam uitam·

Medicum ſe eſſe factum ·ſ·hylaritatem
Medicinas uidere dare·ſ·uiuere in paupertate·
mamillas plenas de lacte·ſ·lucrum·matrimonium facere
·ſ·dampnum·mortuum uidere eſſe viuum·s·lucrum
monachum uidere·ſ·mortem uel paupertatem
monachum ſe uidere eſſe factum·ſ·triſtitiam
maieſtatez dei uideř·ſ·mortem·medaſonē colligere·ſ·hy
laritatem·molimentum uidere·ſ·deprecationem·
mel accipere·ſ·iniuriatumeſſe ab aliis·maiorem ſe uidere
eſſe factum·ſ·accuſationez·muſcas uidere·ſ·iniuriatū eſſe
mulam parere ſignificat creſcentiam rerum·
Aues uidere aut nauigare bonum eſt·
Naues plures uidere·ſ·furorem
Naues plenas rebus uidere·ſ·bonū tempus
Naues in fortunis uidere·ſ·piculum
Naues magnas uidere ſignificat impedimentum
Nudare ſeu ſpoliare ſe uidere·ſ·impedimentum
Nudum ſe uidere eſſe factum ſignificat labores·
Nudū ſe uidere curere ſignificat expeditionē de negotiis
Nubes uidere·ſ·diſcordiā·Nuptias facere·ſ·dampnum·
Niues uidere bonū ſignū eſt·Nidū auiū inuenire bonū ē
ſignum Niſum capere ſignificat lucrum·
Nupcias uel incantatrices uidere ſignificat diſcordiam·
Nebulas deſcendere ad aquas ſignificat bonum·
Culos aut dētes pdeř·ſ·mortē alicui⁹ amici
Oſſa mortuorum uidere·ſ·magnos labores·
Oliuas colligere ſignificat lucrum·
Oleum ſuper ſe ſperſum uel fuſum ſignificat lucrum·
Orare uel orationes perficere ſignificat beatitudinez
Organum uidere ſonare ſignificat iracundiam·

Opera magna tractare ſignificat impedimentum.
Oua alba uidere bonum ſignum eſt.
Oua uidere que ſunt alterius coloris q̄z albi ſig. dampnū
Oua rupta uidere malum ſignum eſt.
Ordeum purgare aut mouere ſignificat hylaritatem
Luuiam uidere ſignificat habundantiam.
Palmas tollere ſignificat honores.,
Panem album commedere ſignificat lucrum.
Panem nigrum commedere ſignificat triſtitiam.
Panem calidum tollere ſignificat accuſationem.
Panem de ordeo ſcindere ſig. hilaritatem. Plangere in ſompnio ſig. hilaritatem. Piloſum ſe uel aliū uidere ſig. fortitudinē. Puteū euacuare uel intus cadere ſig. iniurias Pedes lauare ſig. anxietatem. Patrem ſuū occidere bonū ſignū eſt. Perdere naſum ſig. fornicationem.
Perdere uirgam uirilem ſigni. perdere generationem.
Peperem nigrum commedere ſignificat iracundiam.
Peperem terere ſig. anxietatem. Pelles lauare ſig. anxietatem. Porcos aut plumbum tractare ſig. magnam infirmitatem. Pincturas uidere ſig. deceptōem. Piſces uiuos uidere ſig. pietatem ſed magnos. ſig. hilaritatem.
Piſces capere malū ſignū eſt. Piſces marinos uiderē ſignificat anxietatem. Poma cōmedere ſig. iracundiam.
Poma colligere ſig. moleſtiā. Plures fruct⁹ uidere ſig. hilaritatem Pontem ruptū tranſire ſig. timorem. Proceſſionem uel crucem uidere ſig. mortem. Pullos audire cantare uel eos capere ſig. hilaritatē Pueros ui. bonū eſt Patrem uidere ſig. conſolatōnem. Pulices tractare ſig. moleſtiam. Paſta tractare ſig. mortem. Palaciū uidere uel in eo dormire ſig. deſtructōem uel tormentū Pecores

collere·ſig·lucrū·Pecores interſe rumores facere ſig·ira
cundiam·Plures res uidere ſig·mortē multaꝝ perſonaꝝ
Ubeam tunicam babere ſig·ſanguinem·
Roſas uidere uel babere ſig·bilaritatem·
Regem uel reginam uidere ſigni·bilaritatem·
Regem uidere morire ſig·dampnū·Rete uidere ſig·plu-
uiam·Ruinam uidere ſig·deceptionem·
Radices commedere ſignificat diſcordiam·
Anguinem uidere uel exire ſig·dampnum·
Salatas res tractare ſig·infirmitatem·
Solem clarum uidere ſig·ſtabilitatē dn̄orum·
Solem tenebroſum ſig·periculū dn̄oꝝ Stellas cadere de
celo ſig·periculū impatoris·Solē cū luna uidere peſſimū
ſignū eſt·Sanguinem amittere ſig·dolorem de culo·
Sotulares ruptos babere ſig·dampnū·Serpentes occi-
dere ſig·inimicos uincere·Super ſpinas ambulare ſig·ini
micoꝝ deſtructōem Scalaȥ uidere ſig·deceptōem ſed ſca
lam aſcendere ſig·bonoreȥ·Surgere uidere ſig·anguſtiā
Siluā uidere ſig·bilaritatem Sedere uidere ſig·dampnū
Statuā uidere ſig·amicitiā·Saltare uidere ſig·iniquita
tem de magnis rebus·Serpētes multas uidere ſig·decep
tionem de femina Sagitas trabere cum arco ſignificat
magnam anguſtiam·
Abulas aut cartas ui·ſig·bilaritatē·Tonitruas
audire ſig·v̓ba iniurioſa Tela aut uidere texere
ſig·deceptōem terremotū audire ſig·malitiā de iſto loco
teſtamentū facere malum eſt ſed Tenebras uidere ſig·pec
catum·Tauros ſeu tenzonare uidere ſig·bilaritatem·
Eſtes nouas babere ſignificat bonorem
Veſtes uidere ardere ſignificat malum·

Ueſtes rodatas ſeu ruptas ſignificat dampnum
ueſtes rubeas habere·s·iracūdiā ſed uarias·s·āxietatem
uolare ſe uidere·s·mutationē loci·uolucres plures uidere
s·litigatiōes ⁊ triſtitiā·uirgines tollere ſignat hilaritatez
uitrum frangere ſignat anguſtiaz·unguentū facere ſigni-
ficat moleſtiam·ungues abſcindere ſignificat anxietatez
uinum bruſcum bibere·s·bene·uinum turbidum idem ſig·
vinū turbidū bibere·s·triſtiam·uites plenas vuis uidere·s
hilaritatē·vuas albas colligerē·s lucrū ſed nigras·s·mole
ſtiaz·vuas calcare cū pedibus ſignificat inimicos ſuperarē
uela uidere malū ſignū eſt·virgines habere·s·hilaritatez
uidere ſe eſſe ſpoliatum ſignificat dampnum
uidere ſe lucrari in aliquo ſignificat ſecuritatem·
uidere ſe eſſe hylarem ſignificat triſticiam
uidere ſe eſſe infirmum ſignificat moleſtiam·
uidere ſe vulneratum aliquo ferro ſignificat prohibitionē
uidere ſe habere domum pluchram ſignificat pegrīatiōz
uidere ſe ardere·s·moleſtiā·uidere ſe eſſe cuſtodē·s·teſti-
moniu·muidere ſe eſſe auem ſignificat deſtructionem
p̄m uidere ſignificat hylaritatem·
xp̄m crucifixiſſe ſignificat infirmitatem·
Urias plenas de terra ſignificat ꝯſolatiōem
ymnos ſeu laudes cantare·s·inpedimentum·
zinctura de auro ſe cingere·s·gaudiū uel inuidiā
zincturam de argento tangere ſignificat honorem·
zinctura noua·s·honorem ſed rupta·s·dampnum
zinctura antiqua ſecingere ſignificat labores
zizanias ſeminare ſignificat ſcandalum
zibollas cōmedere uel uidere ſignificat dolorem oculoꝝ·
¶ Sompnia Danielis prophete finiunt feliciter

ARMY MEDICAL LIBRARY
WASHIN… U.S.A.

★ ★ ARMY ★ ★
MEDICAL LIBRARY
Cleveland Branch

157